



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

Tit. XVIII. De libero Arbitrio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

„cum multo merito. „ *Hæc propositio* secul. XVI:
A. C. 1521.
est Christianæ legi inimica, Judaicæ perfi-
dice favens, & hæretica.

TITULUS XVI.

De bello contra Turcas.

Unica duntaxat propositio in hoc titu-
lo recensetur, hunc in modum pro-
lata: „Præliari adversus Turcas est re-
„pugnare Deo visitanti iniquitates no-
„stras per illos. „ *Hæc propositio univer-*
saliter intellecta est falsa, nec sacris eloquiis
consona.

TITULUS XVII.

De Immunitate Ecclesiastica.

Circa hanc materiam itidem, hæc u-
nica propositio damnata fuit: „ Si
„Imperator vel Principes revocent li-
„bertatem datam personis, & rebus Ec-
„clesiasticorum, non potest eis resisti si-
„ne peccato, & impietate. „ *Hæc pro-*
positio est falsa, impia, schismatica, li-
bertatis Ecclesiasticæ enervativa, ac impie-
tatis tyrannicæ excitativa, & nutritiva.

TITULUS XVIII.

De libero arbitrio.

In hoc articulo quinque propositiones
referuntur: I. „ Liberum arbitrium non
est

Sæcul. XVI. „est Dominus actuum nostrorum. „ *Hæc*
A.C. 1521 *propositio est falsa, sacris Doctõribus, ac*
omni doctrinæ morali adversa, cum Manichæorum errore conveniens, ac hæretica. II.
 „Frustra garrunt Sophistæ, actum bo-
 „num esse totum a Deo, sed non totali-
 „ter. „ *Hæc propositio est sanctis Doctõ-*
ribus eam ponentibus injuriosa, S. Ambro-
sio potissimum, SS. Augustino, & Bern-
ardo, quos hic Sophistas appellat, & quan-
tum ad id, quod prætendit actum bonum esse
totaliter a Deo, & nullo modo a libero ar-
bitrio est hæretica. III. „ Liberum arbi-
 „trium ante gratiam nihil valet, nisi ad
 „peccandum, non autem ad poeniten-
 „dum: Ex Augustino de spiritu & lite-
 „ra. „ *Hæc propositio, accipiendo gratiam*
pro gratia gratum faciente, de qua loquitur
Auctõr, est erronea, errori Manichæorum
conformis, a sacris eloquiis aliena, perverse
& truncate ex S. Augustino allegata. V.
 „Liberum arbitrium sine gratia tanto ma-
 „gis appropinquat iniquitati, quanto for-
 „tius intenderit actioni: Ex Ambrosio. „
Hæc propositio, accipiendo gratiam, ut
prius, est falsa, piarum aurium offensiva,
a bonis operibus retrahens, inique, & mu-
tilate ex D. Ambrosio excerpta.

TITU-